

omnibus Tuscie civitatibus suis complicibus nec non etiam Lombardie preambulo^{a)} collectum^{b)} tempore^{c)} congregavit, [qui] adeo VII [milia] equitum et ducenta^{d)} milia peditum communi arbitrio censeretur. Cum quo proximo^{e)} die sabbati primo Kalendas^{f)} Septembris¹⁾ in munimine Montalinum²⁾ munire volentes, dum transitum facerent tam superbe per quattuor milliaria^{g)} prope Senas, cum prepotenti^{h)} nostra militia, de cuius probitate confidimus ab experto, exivimus versus eos in loco, qui dicitur Sanctus Alsannus ad Cofannum³⁾. Ibidem bellicosiⁱ⁾ discriminis expertorum examinato consilio^{k)} diligenter cum summa sagacitate ordinavimus nostrorum acies ad certandum. Tunc paululum appropinquantibus hostibus regia signa victricia panduntur ad bellum^{l)}, que, cum inimicorum paterent oculis^{m)} de longinquo credentium nos confringere sola voce, more solito exortus est subito clamorⁿ⁾ excelsus unanimiter clamantium *pija, pija*^{o)}. Nos vero de clamazione non curantes nihilominus contra eos processimus^{p)} experturi, si^{q)} in vocibus vel ensibus victoriosa bellorum^{r)} palma succedat. Commemorantes igitur, quod^{s)} pro recuperanda patria et iustitia pugnaremus, invocato divino auxilio et impresso signaculo sancte crucis irruimus super hostes primam aciem, quam summo studio constituerant fortiolem, viriliter invadentes, quam, licet pro viribus per modicum resistantem, victrici manu confregimus et sic et^{t)} reliquas aggregantes^{u)} acies in fugam convertimus et in stragem. Tunc quidem clamor ensibus cedit et fortitudini presumptuosa subcumbit audacia, subicitur iniustitia equitati. Tunc cedendo fugantur et fugati ceduntur et tunc resistentes sternuntur, prostrati de cetero non resurgunt, subcumbentes in bello procumbunt in terra et fugientes disperguntur *tamquam pulvis ante faciem venti*⁴⁾ et diffidentes^{v)} de humano suffragio^{w)} superna

^{a)} preambula Hs. ^{b)} colectum Hs. ^{c)} tempora Hs. ^{d)} ducentum Hs.
^{e)} proxima Hs. ^{f)} kl Hs. ^{g)} miliaria Hs. ^{h)} propotens *verbessert aus*
perpotens Hs. ⁱ⁾ belicosi Hs. ^{k)} consilio Hs. ^{l)} belum Hs. ^{m)} oc-
culis Hs. ⁿ⁾ clamosus Hs. ^{o)} *dürfte der Imperativ von italienisch pig-*
liare = greifen, fassen sein; vgl. auch E. Monaci, Crestomazia italiana dei
primi secoli, nuova edizione (1955) S. 748 die Form piam s. v. pigliare
^{p)} procesimus Hs. ^{q)} *übergeschrieben* Hs. ^{r)} belorum Hs. ^{s)} qui Hs.
^{t)} per Hs. ^{u)} agregantes Hs. ^{v)} difidentes Hs. ^{w)} sufragio Hs.

¹⁾ So statt pridie Nonas Septembris; die ungewöhnliche Datierung — der dem 1. September nächste Samstag — ist jedoch richtig, denn die Schlacht fand am Samstag, dem 4. September 1260 statt.

²⁾ Heute Montalcino.

³⁾ S. Ansano a Dofana, eine Kirche in der Nähe des Hügels von Montaperti; vgl. Guida d'Italia del Touring Club Italiano, Toscana (1935) S. 463.

⁴⁾ Vgl. Ps. 34, 5.